Cax. 3.

AVREA

PRACTICA

IO. PETRI DE FERRARIIS

PAPIENSIS I. C. EXIMII,

Celeberrima quidem & perfectiſsima omnium, & iuſdicentibus, cauſarumque patronis vtilis imprimis, ac neceſſaria: Iam olim, FR. CVRTII, BER. LANDRIANI, & aliorum aliquot ſcholijs & adnotationibus adaucta.

Nunc verò tertiò & poſtremò IOAN. ANT. MASVERI *Caramunienſis* I. C. *& in ſacro Subalpinorum Senatu aduocati tot tamq; neceſſarijs acceſſionibus locupletata, itaq; ex omni parte repurgata, vt vix quicquam deſiderari poßit.*

Adiectis ſuis locis receptarum Sententiarum, quas COMMVNES OPINIONES vocant, Forenſium Quæſtionum, & Deciſionum centurijs.

Acceſſere Titulorum, ac libellorum vnus, & verum alter, alphabetica ſerie locupletiſſimi Indices.

num. 43. cax. 5.
num. 31.
1º
15040

LVGDVNI,

Sumptibus Philippi Tinghi Florentini.

M. D. LXXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIO.

IOANNIS PETRI FERRARII PAPIENSIS, IVRICONS. CLARISS.

Aurea omnique ex parte repurgata Praxis.

PRAEFATIO.

QVONIAM vita breuis, ac incerta qua fruimur, ſenſuſque hebes, negligentia corporis, nec non multimoda diuerſorum occupatio, nos pauca ſcire permiſerunt, & quæ plerunque ſunt ſcita iugiter, excutit & euellit fraudatrix obliuio, memoriæ inimica. Neceſſarium fuit, vt prouidentia diuina in remedium infirmitatis humanæ literarum vſum mortalibus exhiberet, vt per illum quæ geſta ſunt, & geruntur, conſeruarentur in æuum, ſi cum ipſa diuina natura Philoſophos produxiſſet antiquos, quorum beneficio plura inſinuata ſunt poſteris, quibus gaudemus & eorum imitamur inuenta, vnde meritò vitus eorum colendi ſunt à quibus tanti boni initia fluxerunt. Qua de re animaduertens ego Io. Pe. de Ferra. inter legum doctores minimus, filiuſq. egregij doctoris Dom. Auguſtini ciuis inclytæ ciuitatis Papiæ, quòd diuitiarum & fortunæ gloria fluxa atque fragilis eſt, virtutum autem gloria clara, æternaque habetur, quodque etiam nulli nato præcluſa eſt via aliquid inuentis adijcere cùm ipſa veritas nondum ſit occupata, ſed ea et multum futuris relictum eſt, propoſiti ſequi exempli Catonis exemplum, qui 86. agens annum, vt ne memoriam tardiorem, aut lateum infirmitatem, aut quaſſatam carnem, aut memoria corporis, aut linguam impeditam quiſquam animaduerteret, græcis literis poſt latinas operam dedit. Et cum ſibi eloquentiæ gloriam comparaſſet, id ego vt iuris quoque ciuil. peritiſſimus haberetur: & in mei aliqualem memoriam, ac Manfredi filij mei, necnon procuratorum, & notariorum dictæ ciuitatis Papiæ doctrinam, præſens opuſculum modernæ iudicialis practicæ aggregare ſub breuiori, & digniori compendio, quàm fieri mihi poſsibile fuit, vt eo mediante facilior via ſit ſingulis capere in biennio, ad quod quartodum antea difficile peruenire fuerat in decennio. Itaque fratres & fideles prædicti alacri ſtudio præſens opuſculum ſub memorabili noua arte inchoatum anno nunc currente M.cccc. quo anno menſe Septembris natus eſt prædictus Manfredus filius meus, gratioſe ſuſcipite, curioſe perlegite, & fructuoſe memoriæ commendate, vt digni efficiamini rempublicam veſtro patrocinio gubernare, vt inquit Imperator in proœmio Inſt. in fi. & in l. aduocatos. C. de aduo. di. iud. Amputantes ſolicitè materiam litigiorum, per quæ Reſpublica lęditur, & plerunque confunditur, vt l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capti. & poſtli. re. Sed quoniam pauci ad ann. xxx. pauciores ad xl. pauciſsimi ad lx. perueniunt, & ſi tempora detrahantur dormitionis, ac infantiliis & decrepitæ ætatis, paruiſsimum tempus reſtat alicuius fructuoſæ operationis. At ſecundum S. Thom. de Aqui. altius ſuccedere debeat altior intellectus, neſcio conſulere alicui perſonæ, niſi forſitan clerico, aut magno diuiti, quod in huiuſmodi ſcientia gradum doctoratus aſcendat, ſed ad ſobrietatem ſapere ſufficiat, gradus enim iſte redigit hominem de libertate in ſeruitutem, cum ſumptu etiam magno quæritur & anxietate tenetur. Ideo nos admonens Sene. inquit, Quanta dementia eſt, ſuperuacua diſcere in tanta temporum egeſtate. Et ex hoc tempore quod ſufficere nec ad neceſſaria quidem poteſt, etiam ſi diligentiſsimè cuſtoditum fuerit: maiorem partem in ſuperuacua erogare. Deo gratias.

Forma interrogationis fiendæ cum reum conuenit actione reali.

CVM iure cautum ſit, quòd agens intendens quauis actione reali, priùs requirere debeat, an reus conueniendus, ſit illius rei poſſeſſor, vel etiam detentator, ſuper qua libellus eſt offerendus, ne illo non poſſidente, ſiue detinente fruſtratoriè laboraret. Idcirco à vobis D. poteſtate veſtroque vicario ciuitatis Papiæ petit, & requirit Andrianus de la Carona ſuo proprio nomine, quatenus ex officio veſtro, & omni modo, iure, via, & forma, quibus melius fieri potest,
a interrogetis in iure Ioannem de Olearijs ſuper omnibus &
b ſingulis infraſcriptis, interrogatum reſpôdere cogatis ſub eius calumniæ iuramento, & omnibus iuris remedijs. Primò
c an dictus Ioa. teneat & poſſideat petiam vnam terræ cultæ poſitam & iacentem in loco Sancti ..., quæ eſt perticarum ... cui cohæret ab vna parte ... Item an in ſolidum, vel pro parte teneat, vel poſſideat ipſam petiam terræ. Item & pro quota & quanta illam teneat & poſſideat. Item quo iure & titulo. Item an dolo, vel culpa ipſam terram deſierit poſſidere, & tenere. &c.

ADDITIONES.

a Interrogetis. Adde quod iſtæ interrogationes fuerunt inuentæ, Specular. in tit. de poſit. §. 3. & ibi qualiter differant a poſitionibus, & per glo. in cap. 1. de confeſ. in 6. per Hoſt. in ſum. eo. tit. & per Pau. de Caſt. conſ. ... interroga. Adde quod eſt in conſ. 347. in 2. volum. conſ. ... Io. Tho. Et qualiter & quibus interrogationibus iudex debet facere reſpondere, vide per Specu. in §. de ſortis. ver. poſt hæc & in verſ. ſed quæritur. Et dic, quòd interrogatio non eſt admittenda, quæ interrogantem non releuat, c. cum contingat, de off. delega. c. per tuas, extra de ſim. firmat Rom. conſ. 449. & vide Specu. in tit. de interrog. quæ fiunt ante lit. cont. ...

b Cogatis. Adde quæ habentur infra verbo, quatenus ex officio veſtro. An iudex poſt concluſum in cauſa poſſit interrogare, & vide Alex. de Imo. in auth. qui ſemel, in apoſtil. C. de probat. vbi quòd ſic, & quòd poſſunt fieri, & per Georgium Nati. in repet. c. ſæpè 3. & quia, col. 22. in gloſ. in ver. interrogabit. & in col. 4. verſ. in. no. & ibi an etiam ſuper non agitatis, & dicit q. ſic, alleg. ... c. cum Ioannes, & ibi Imo. extra de fid. inſtr. & ibi Abb. & Rom. in l. admonendi. col. 20. verſ. & ad hoc. ff. de iureiur. & quòd interrogationes fiunt etiam poſt concluſum in cauſa, not. Rom. conſ. 372. & Alex. de Imo. in conſ. 43. in fin. 4. vol. & in conſ. 73. eod. vol. vbi in cauſis in quibus proceditur ſummariè, iudex interrogat ad inſtantiam partis, etiam poſt concluſum in cauſa. Quod no. pro ſtatutis terrarum, in quibus diſponitur, quòd in omnibus cauſis procedatur ſummariè, &c. vide eundem Alex. in conſ. 62. col. 2. poſt principium, vbi etiam in cauſis ... iudex etiam parte abſente interrogat, & poſt concluſum in cauſa. Veruntamen no. in practica, quòd quando interrogatio non releuat, vel iudicium eſſet finitum, talis interrogatio fieri non debet. ita Rom. conſ. 24. quinimò dicit Pau. Ca. & ibi etiam dixi in l. iudices. C. de iud. col. 2. verſ. ... ſæpius interrogare, quòd quando interrogationes fierent circa merita cauſæ quis non tenetur reſpondere, ſecus ſi circa præparatoria. Quod intelligitur verum quando fierent ante litem ingreſſum, ſecus quando fierent poſt, per ea quæ dicunt Doct. in d. c. cum Ioannes, & in l. 4. §. hoc autem. ff. de damn. inf. & ... quando iudex poſſit interrogare ad merita ante litem conteſtatam & poſt concluſum in cauſa, vide